

tanea, & expressa potest uxoratus ad Sacros Ordines promoveri; dummodo etiam uxor uoveat castitatem, & si sit juvenis, Religionem ingrediatur. Quod si vir Sacris initiatus ad Episcopatum assumatur, debet uxor etiam si vetula sit, propter specialem decentiam Monasterium ingredi, num. 57. 58. Potest etiam conjugatus ex iuxta causa, divortii Sacris initiari, uxore inficia, vel etiam in vita; & etiam Religionem ingredi, nu. 60.

124. Ex Tridentino nullus potest ad Sacros Ordines promoveri sine titulo, quo possit decenter sustentari; indignum est enim Sacro Ministro ostium mendicare, aut artem mechanicam exercere. Titulus hic quadruplex esse potest. Paupertatis in Religione sacra approbata professæ; sufficientiæ; Patrimonii; & beneficii. Tract. 8. cap. 6. num. 61. Si Episcopus aliquem mala fide sine titulo ordinet, eum tenetur alere usque dum congruum beneficium obtineat; si aliunde non habeat unde decenter vivere possit, num. 62. 63. Titulo paupertatis religiose possunt omnes Regulares Sacris Ordinibus initiari, seclusis Novitiis; qui autem nullitatem suæ Professionis sciens, titulo paupertatis ad Ordines accederet, peccaret mortaliter, & suspensionem incurreret, num. 64. Titulo sufficientiæ præcise, absque patrimonio, aut beneficio; quia videlicet est vir maxime doctus, vel graduatus in Theologia; vel jure canonico, aut togatus in aliquo Collegio, cum spe in proximo adipiscendi aliquod beneficium, dignitatem &c., ex Tridentino ad Ordines sacros promoveri non potest, n. 66.

125. Ut quis titulo beneficii possit Sacris Ordinibus initiari, debet in quietâ possessione habere beneficium ad congruam sustentationem, five ex se, solum, five una cum patrimonio sufficientis. Nec potest beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus, valide resignari, nisi exponat, se ad illius titulum fuisse ordinatum; nec resignatio admitti, nisi constet aliunde eum posse decenter alere. Tract. 8. cap. 6. num. 67. Potest ali-

quis Ordinari ad titulum quotidianarum distributionum: perpetuæ Capellanæ si ejus possessionem jam accepit; prestimonii perpetui; pensionis perpetuæ sufficientis; secus ad titulum beneficii de se insufficientis, quod postea sufficientis fit ex elemosynis, aut ex Misarum, & anniversariorum incertis stipendiis, num. 68. 69. Non potest aliquis Ordinari ad titulum beneficii, quod citò consecuturus est, nisi de facto illud pacifice possideat; nec sufficit illius titulum accepisse, si a possessione etiam injuste impediatur, n. 70. 71.

126. Patrimonii nomine veniunt omnia illa bona, quæ immobiliter ab Ordinario possidentur five paterna, five materna, five adventitia, five castranea sint, dummodo ea pacifice possideat, & habeat illorum dominium, & sufficientiam ad congruam vitæ sustentationem, & non sint ære alieno gravata, aut hypothecata. Tract. 8. cap. 6. num. 76. Nequit filius patris divitis ordinari ad titulum hæreditatis futuræ, nisi prius pater assignaverit patrimonium certum, cuius possessionem acquirat. Poterit tamen ordinari quilibet ad titulum census perpetui etiam redimibilis; non vero ad titulum legati vivente testatore, nu. 77. Qui cum patrimonio factò ordinatur, mortaliter peccat. Si quis ab amico vere patrimonium acciperet, & dominium illius, sed facta contra scriptura; vel data fide, aut juramento de restitendo post ordines susceptos patrimonio, tam donans quam donatarius mortaliter peccat; & cum ordinatus, (quidquid sit de foro externo,) teneatur in conscientia stare promissis, & reddere patrimonium; etiam suspensionem incurrit saltem in foro conscientiæ, num. 78. 80. 82.

127. Renunciatio patrimonii, vel pensionis, ad cuius titulum quis ordinatus est, omnino invalida est. Sine Episcopi licentia, etiam si ordinatus aliunde acquirerit congruam sustentationem, nec licite, nec valide patrimonium renunciare potest. Tract. 8. cap. 6. nu. 83. 85. Bona patrimonialia in titulum Ordinis fa-

sacri concessa vident omnibus privilegiis bonorum Ecclesiasticorum. Si filius invitatus, alere velit Sacris Ordinibus, tenetur pater patrimonium sufficientem assignare, & ad hoc cogi potest iudice Ecclesiastico, nu. 88. De exemptionibus, & immunitatibus Ecclesiasticorum Vid. Tract. de Privilegiis.

## TRACTATUS XV.

## De Sacramento Matrimonii.

## PROŒMIUM.

INTER omnia novæ legis Sacramenta novissimum locum obtinet Matrimonium; eo quod, ut dicit D. Thomas, minus participat de ratione spiritualis vitæ, ad quam Sacramenta ordinantur. Primo tamen de sponsalibus agendum est, quæ sunt veluti præambulum Matrimonii.

## CAPUT I.

## De Sponsalibus.

1. Sponsalia sunt mutua promissa futuri Matrimonii, signo aliquo sensibili expressa. Tract. 9. cap. 1. nu. 2. Copula sponsi cum alia, vel sponsæ cum alio non est adulterium saltem in foro conscientiæ, sed fornicatio, & filii inde nati non sunt spurii, sed naturales illegitimi: Verius tamen est talem copulam superaddere novam speciem in confessione aperendam, propter injuriam, quæ parti irrogatur, nu. 4. 5. 11. Promissio sponsalitia debet esse mutua, & ex parte utriusque acceptata, num. 13. 14. In promissione sponsalitiæ acceptatione præcise sumpta, non includitur expressa vel tacita repromissio, dummodo

constet promittentem se voluisse obligare libere, & spontaneè absque onere repromissionis, num. 18. 21. In casu quo quis se obligat absque onere repromissionis ex parte alterius, tenetur sub mortali stare promissis, quod est commune omni promissioni acceptatae de re gravi, nu. 22.

2. Qui animum promittendi non habet, licet verbis exterius promittat, non obligatur ad promissionem adimplendam. Qui habuit vere animum promittendi, & se obligandi, sed non adimplendi, adimplere tenetur quod promissit. Qui sciens ex promissione obligationem oriri, immemor illius, nec ad illam attendens promittit, promissioni stare tenetur. Ignorans ex promissione obligationem oriri, si promittat, non remanet obligatus. Tract. 9. cap. 1. nu. 25. 26. Probabilius, & verius est, eum qui sicte promissit, & habuit animum promittendi, sed non se obligandi, non teneri alteri promittat, ut in sponsalibus contingit, n. 28. Si sub tali facta promissione damnus parti sequatur: ut si v.g. vir deciperet virginem, & sub facta promissione Matrimonii eam defloraret, aut copulam a Vidua honestæ famæ extorqueret: si mulier sit æqualis conditionis, aut melioris, eam ducere tenetur; dummodo inde non immaneat gravis damna, vel scandala; in hoc enim casu sufficit eam dotare, vel de seipso providere; sicut etiam si vir sit divitiss, nobilitate, aut aliis qualitibus notabiliter altioris conditionis, nu. 34. 39. 40.

3. Ad Sponsalia requiritur promissio manifestata per verba, quæ sponsalitiæ promissionem sufficienter significant, vel per signa consensum sponsalitiæ, juxta consuetudinem locorum experientia. Promissio per verba negativa, v. gr. Non ducam aliam nisi te: Non aliam quam te: secundum viorem sententiam solum obligat sub conditione, quod si velit nubere, debeat ducere illam. Quando parentes, five in præsentia, five in absentia filiorum, five puberes, five im-

impuberes sint, pro illis promittunt, & acceptant promissionem, ipsis tacentibus, interne tamen consentientibus, valida sunt sponsalia: hoc autem non currit de fratribus, tutoribus, aut curatoribus. Traç. 9. cap. 1. nu. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. Matrimonium inter impuberes, vel inter puberem, & impuberem, sive publice sive clandestine contractum, invalidum quidem est in ratione matrimonii, sed habet vim sponsalium, nisi aliud constet de mente contrahentium, Matrimonium vero clandestinum inter puberes verius est nec valere in ratione Matrimonii, nec in ratione sponsalium, num. 51. 54. Ad promissionem sponsalium validam requiritur libertas physica cum plena liberatione, & advertentia, quæ sufficiat ad peccatum mortale; & insuper libertas moralis a coactione, & metu cadente in virum constantem injuste incusso; si autem metus fuerit levis, valida erunt, sponsalia, sed irritanda, n. 57. 60. 62. 66. Sponsalia licite, & valide possunt clandestine celebrari, n. 68.

4. Qui ad Matrimonium contrahendum absolute inhabiles sunt, propter impedimentum dirimens, vel impediens, quod sit tale pro omni tempore, sunt etiam inhabiles ad sponsalia. Traç. 9. cap. 1. num. 70. Ullus rationis ad valide contrahenda sponsalia necessarius est; qui regulariter septennio completo adesse censetur. Non peccarent tamen mortaliter contrahentes sponsalia ante usum rationis, vel consulentes, aut inducentes: bene vero impuberes contrahentes Matrimonium ante legitimam ætatem, nisi malitia suppleat ætatem; & ex publica, & gravissima causa. nu. 77. 80. Promittentes Matrimonium de futuro tenentur sub mortali fervare fidem, & Matrimonium de presenti contrahere; etiam si vir sit nobilitate, divitiis, aliique conditionibus major, si sciens disparitatem, sponte contraxit; nisi ex tali Matrimonio scandala, rixæ, aut alia gravia damna timeantur; nam in tali casu tenentur tantum ad rescandendam causam sponsæ inde secuta. nu. 81.

82. Si contrahentes sponsalia conveniant inter se, ut tantum veniali obligentur, sub veniali tantum tenebantur. nu. 83.

5. Sponsalia contrahentes æque determinatione temporis, Matrimonium celebrare tenentur cum primum opportune poterunt, & si quis eorum sine justa causa differat, potest, & debet a Judice compelli ad contrahendum, nisi inde gravia incommoda, dissensiones, & scandala timeantur. Traç. 9. cap. 1. nu. 85. 89. Pœnam conventionalem positivam sponsalibus apponere illicitum, & irritum est, sive talis pœna a contrahentibus, sive a parentibus, consanguineis, vel amicis apponatur; & esset peccatum mortale. Eset tamen licita, & valida pœna conventionalis apposita, si solum tangeret injuste resistentem a sponsalibus. nu. 94. 95. 97. Appositio pœnæ illicitæ, & invalidæ facta sponsalibus, etiam si juramento firmetur, non tenet, & tale juramentum est invalidum, nu. 100. 101. Si resiliens talem pœnam illicite, & invalide appositam solvat, sciens se non teneri, poterit eam recipiens licite retinere, donec aliud in foro exteriori iudicetur: si vero ideo solvit quia se obligatum credebat, non potest licite a recipiente retineri. nu. 106.

6. Pœna conventionalis negativa, seu de tali lucro non acquirendo si a sponsalibus quis resiliat, potest apponi vel ab ipsis contrahentibus, vel ab extraneis. Si ab extraneis ponatur, ut si quis dicat: promitto, seu lego tibi 100. si cum tali nupseris: valida est, & si non nupserit, illa 100. amittit; dammodo tamen per talem pœnam non tangatur legitima, nec gravetur nubere indigno, vel inhonesto modo. Traç. 9. cap. 1. nu. 107. Si pœna hæc negativa a contrahentibus apponatur; quando a viro ponitur, ut si v. gr. dicat: dabo tibi centum, si mecum nupseris; invalida est: si a femina adjiciatur, valet; ut si ipsa dicat viro: promitto tibi 100. si mihi nupseris. Si hæc pœna apponatur ad retrahendum a Matrimonio.

monio; & agatur de vidua, quæ Matrimonium antea contractum consummavit; pœna valida est, & si hæc nubat, lucrum amittit: si vero agatur de virgine & donatio fiat sub conditione adiacente contractum, dicendo v. g. Dabo tibi 100. sub conditione quod vitam ætalem ducas, non rejicitur, sed irritat contractum, & illum irritum reddit; quia in jure talis conditio impossibilis reputatur. Si vero hæc conditio adjiciatur legato, vel ultimæ voluntati. Ut si quis virgini leget 100. si non nubat: legatum valet, & conditio rejicitur; & in hoc casu talis virgo etiam si nubat, legatum acquirit. nu. 103. 109. 110.

7. Mutuo consensu contrahentium libero, & spontaneo dissolvuntur sponsalia etiam jurata. Traç. 9. cap. 2. num. 1. 3. 4. Qui vovit, vel juravit feminam pauperem ducere nullam determinando, nullam tenetur ducere, quia juramentum Deo factum, & non in favorem determinatæ personæ coincidit cum voto, & debet esse de re meliore; ideoque tale juramentum non tenet; & si velle nubere, poterit etiam ducere divitem. num. 7. Sponsalia contracta inter impuberes dissolvi non possunt, mutuo eorum consensu antequam ad pubertatem perveniant: Postquam autem pubertatem se nactus esse cognoverint, potest libere quilibet eorum intra triduum resiliere, & sponsalia dissolvere: Triduum autem transacto, non nisi mutuo ipsorum consensu dissolvi possunt. Si pubes cum impubere contraxit sponsalia, poterit impubes cum ad pubertatem pervenerit, etiam altero nolente, intra triduum sponsalia rescindere; pubes vero non potest, nisi altero pubertatem adeptus, & consentiente resiliere. Sponsalia impuberum juramento firmata probabilis est non posse rescindi ad eujuslibet partis reclamacionem, sed tantum ex mutuo consensu. n. 9. 11. 15.

8. Sponsalia etiam juramento firmata per se dissolvuntur per ingressum in Religionem, quoad eum qui in sæculo re-

manet, nec tenetur expectare Professionem; quoad eum vero qui Religionem ingreditur, non dissolvuntur nisi Professione secuta: per accidens vero non dissolvuntur, sed tenetur Matrimonium inire, & Religionem relinquere, ad legitimandos filios, si quos antea habuit; vel ad consulendum famam, & honori fœminæ, prout nempe fuerit. Traç. 9. cap. 2. num. 16. 18. 21. Item dissolvuntur sponsalia per majorum Ordinum susceptionem. Et qui post sponsalia Ordines Sacros susciperet, nec venialiter peccaret. num. 25. 26. Denique dissolvuntur sponsalia per votum ingrediendi Religionem, vel Sacros Ordines suscipiendi post sponsalia emissum: si enim ante sponsalia emissum fuerit votum, sive simplicis castitatis, sive Religiosis, sive Ordinis Sacri, sponsalia irrita reddunt. Licite, & valide post sponsalia, etiam juramento firmata simplicis castitatis votum emitti posse, probabile est, & tutum. Si quis autem voti hujus dispensacionem obtineret, sponsalium obligatio revivisceret, non enim omnino extincta est, sed tantum quoad effectum servandi castitatem: & si fornicaretur; non solum peccaret contra votum, & castitatem, sed etiam contra fidem datam in sponsalibus. n. 29. 30. 33. 35.

9. Certissimum est quod per subsequens Matrimonium validum dissolvuntur sponsalia. Etiam per Matrimonium invalidum contractum, ob impedimentum dirimens, dissolvuntur ex parte qui non contraxit; nam altera pars censetur cedere juri suo. Peccabit autem mortaliter qui post sponsalia inita cum una, absque ejus consensu, vel absque justa causa rescindendi, valide, vel invalide contrahit cum alia Matrimonio. Traç. 9. cap. 2. nu. 36. Per novum Matrimonium validum priora sponsalia non omnino dissolvi, sed quasi suspendi, verius est. nu. 39. Per nova sponsalia etiam juramento firmata, præcedentia novine dissolvuntur. Si autem post nova sponsalia etiam copula habeatur, & virgo vel vidua honestæ famæ priorum spons-

ponfialium erat ignara, & sub promiffione Matrimonii decepta est, juxta vetiorem sententiam priora fponfalia diffolvuntur: fecus fi talis mulier priorum fponfialium non erat ignara; vel fi vir etiam cum prima pofponfalia contraéta copulam habuit. n. 42. 44. Quando per nova fponfalia, & copula fubfequente diffolvuntur priora, contrahitur per fecunda impedimentum publicæ honeftatis. nu. 46. Qui poftea priora fponfalia nova celebrat, fi priora diffolvi contingat, ad fecunda non tenetur, quia invalida fuerunt, quamvis juramento firmata. n. 48.

10. Quando fponfalia contraéta fuerint, nullo afignato tempore pro adimplentione, per temporis lapfum ex neutra parte diffolvuntur, nifi dilatio fuerit nimis longa, quia tunc ex parte ejus, qui non est in mora diffolvuntur: fecus vero ex parte protrahentis adimplentionem, fi altera pars in fua voluntate contrahendi perfiftat: five fponfalia jurata fuerint, five non; five mora fuerit culpabilis, five non: cenfetur autem mora fufficiens ad fponfalia diffolvenda, quando data opportunitate contrahendi, nolit requirente parte contrahere. Tract. 9. cap. 2. num. 52. 53. Si tempus non ad finiendam obligationem, fed ad follicitandam adimplentionem afignatum fuit, eo elapfo non diffolvuntur fponfalia; at fi ultra illud nimis differatur adimpletio, five jurata, five non jurata fint, diffolvi cenfentur ex parte ejus; per quem non fteit quin adimpleret promiffio; & in hoc cafu minor dilatio fufficit ad difolutionem, quam in præcedenti. Si tandem tempus afignatum fuit ad finiendam obligationem, eo five culpabiliter, five inculpabiliter tranfacto, fponfalia diffolvuntur ex parte ejus, qui paratus erat adimplere, etiamfi jurata fint, fecus vero ex parte ejus qui diftulit. nu. 54. 55. 57.

11. Diffolvuntur etiam fponfalia per difceffum fponfi in longinquam regionem abeuntis, vel alibi domicilium tranferentis abfque fponfæ confenfu: fi ve-

ro ipfa confenfit, & tempus afignatum fuit pro reditu, eo tranfacto libera erit: at fi difceffus fuit in propinquum cum fpe reditus, expectandus est, vel illi tempore præfentiendum, ultra quod non detineatur. Tract. 9. cap. 2. num. 58. 59. 62. Generaliter loquendo quando talis caufa emergit, aut talis mutatio de novo adventit, aut tales circumftantia, vel talia inconyentia occurrunt, quæ fi præviſa eſſent ante fponfalia, vel illa præceſſiſſent, non contraherentur; in tali cafu ceſſat obligatio illorum, ex parte ejus, qui his caufam non dedit. nu. 63. Ad cafus autem particulares defcendendo: poſſunt in primis fponfalia reſcindi per novam infirmitatem gravem, & habitalem fupervenientem, aut per deformitatem enormem, ut fi alter amitteret oculum, manum, auriculam, &c. fufficeret etiam morbus gallicus, maleolentia oris, lepra, paralyſis, & hujusmodi. Item fi fponſa eam amitteret pulcritudinem, quam habebat, licet oculum, naſum, &c. non amitteret. nu. 66. 67.

12. Secundo diffolvuntur fponfalia propter delictum hæreſis, & etiam propter grave delictum, ex quo infamia generatur. Tract. 9. cap. 2. n. 68. Diffolvuntur tertio fponfalia propter impedimenta dirimentia fupervenientia, ex parte ejus qui impedimentum non appoſuit; nec tenetur iſte admittere difpenſationem ab altero obtentam. Per impedimenta vero ſimpliciter impedientia, non diffolvuntur fponfalia: (excepto voto caſtitaſis, aut Religionis, & etiam excepta hæreſi,) ſi non ſit impedimentum dirimens, de quo ſuo loco. Tenetur qui impedimentum appoſuit, etiam præſcio quocunq; noyumento, difpenſationem illius follicitare, & oblatam acceptare, parte innocente hoc poſtulante. Si fponfalia contrahantur inter habentes impedimentum dirimens, ſub hac conditione: ſi Papa difpenſet: valent ut conditionata, & impleta conditione, inducunt impedimentum publicæ honeſtatis. Notandum tamen non eſſe

eſſe licitos amplexus, & oſcula inter ſponſos, qui ſub tali conditione contraxerunt, utque dum difpenſatio obtenta fuerit. n. 69. 70. 71. 73. 74.

13. Eſt etiam caufa fufficiens ad diffolvenda fponfalia, ſi una pars, quæ dum celebrata ſunt, dives erat, ad pauperitatem devenit, altera in eodem ſtatu permanente. Eſt quoque caufa fufficiens diffolvendi fponfalia ex parte ſi utriuſque, uterque fiat pauper. Eſt tandem probabiliter caufa fufficiens difſolutionis, ſi alter ex ſponſis notabiliter fiat ditior. Tr. 9. cap. 2. nu. 75. 76. 77. Si alter ex ſponſis poſt fponſalia fornicetur, datur caufa fufficiens ex parte innocentis ad fponſalia difſolvenda. Taſtus, oſcula, &c. admiſſa a ſponſa ſunt caufa fufficiens, ut vir poſſit a ſponſalibus reſilire; ſed non ſunt caufa fufficiens, ut ſponſa reſilire poſſit, ſi ſponſus cum alia tales actus habuerit, niſi ſint valde frequentes. Etiamſi mulier vi oppreſſa fuerit, datur caufa fufficiens ad reſcindenda fponſalia ex parte viri. nu. 78. 80. 81. Si uterque ex ſponſis poſt fponſalia fornicetur, poteſt quidem ſponſus in probabiliore ſententia, a ſponſalibus reſilire, non autem ſponſa; quia multo turpior eſt fornicatio in ſponſa quam in viro. nu. 84.

14. Si caufæ antecedentes notæ erant parti, ut morbus, ignobilitas, paupertas, &c. non ſunt poſtmodum fufficientes ad difſolvenda fponſalia; quia qui ſciens contrahit, cenſetur cedere juri ſuo: niſi forte ex tali matrimonio fequerentur ſcandala jurgia, & diſſenſiones. Si vero parti ignotæ erant: ſi tales ſint, quæ ſponſalibus fupervenientes ſufficerent ad ea difſolvenda, ſufficiunt etiam regulariter quando antecedunt, & poſtea cognofcuntur. Diximus regulariter, quia aliqua caufa datur, quæ ſi ſuperveniat ſufficit, ſecus vero ſi antecedit, qualis eſt fornicatio viri, quæ ſi ſponſalia antecedit non dat jus feminæ ad reſilendum, bene vero ſi ſubſequatur. Tract. 9. cap. 2. num. 85. 87. 88. Etiamſi ſponſalia jurata fuerint, ſufficit fornicatio feminæ præcedens ad

Parti II.

dandum viro jus reſilendi: Sic infirmitas gravis ex parte utriuſque, infamia, paupertas, & alia, ſeſſione præcedenti adducta, jus innocenti tribuunt reſilendi; ſed hæc omnia intelligenda ſunt, quando rei ignorantia dedit caufam contractui, ſeu quando qui contraxit, ita affectus erat, ut ſi rem ſciviſſet, minime contraxiſſet: ſi autem ita affectus erat, ut etiam re cognita adhuc nihilominus contraxiſſet, non poteſt poſt notitiam reſilire. In dubio de tali affectione, ſi caufa ſit ex ſe fufficiens ad retrahendum homines ejus conditionis a conjugio, judicandum eſt quod ſi noyviſſet, contrahere recuſaſſet. nu. 89. 91. 92.

15. Qui poſt cognitam caufam reſilendi ſponſalia ratificat verbis, aut factis & præcipue per copulam ſubſequentem, nequit five nova ſuperveniente caufa reſilire. Copula autem habitata poſtquam ſponſalia difſoluta ſunt, nec ea ratificat, nec ea de novo inducit. Tract. 9. cap. 2. n. 95. Si caufæ occultæ dantes jus reſilendi non ſunt alteri parti injuriæ neque poſitive incommodæ, ſed ſolum minus gratum reddentes Matrimonium; ut ſi pauper eſſet ſponſa, quæ dives credebatur: ignobilis, quæ nobilis: deformis, quæ pulchra: corrupta, quæ virgo: & hujusmodi; hæc occultando poteſt licite ſponſalia contrahere, & poſtea inſiltere, & compellere ad matrimonium eum, qui ſi talia ſciat, non contraheret. Innocenti autem volenti reſilire incumbit apponere exceptionem caufæ detectæ. Si vero defectus occulti ſint probroſi, & damnoli, & poſitivum incommodum afferant, reddantque matrimonium nedum minus gratum, ſed poſitive odioſum, ut morbus gallicus, paralyſis, lepra, infamia, & ſimilia, non poteſt licite qui hos defectus habet, ſponſalia contrahere; & ſi contraxit, debet eos ante Matrimonii celebrationem detegere. nu. 97. 99.

16. Si caufa reſilendi de novo adveniens, vel occulta ad lucem prodians ipſo facto irritet ſponſalia, poteſt utra-

Ppp que

que pars propria auctoritate resiliat. Si solum jus præbeat ad resiliendum; poterit qui tale jus acquisivit, propria auctoritate resiliat. Tract. 9. cap. 2. nu. 100. Quando sponsalia publice celebrata sunt, si etiam causa ea dissolvendi publica sit, possunt contrahentes propria auctoritate ipsa dissolvere: immo etiam si causa occulta fuerit, dummodo inde nullum scandalum sequatur; si autem inde scandalum aliquod timeatur, auctoritate Judicis Ecclesiastici opus erit. Etiam si sponsalia ab initio nulla essent, tamen auctoritate propria resiliendo scandalum sequeretur, ad Judicem recurrendum est. Si quis causam legitimam habere resiliendi a sponsalibus publice celebratis, quam tamen non possit in iudicio probare; ut si sibi constaret de sponsa fornicatione, quam probare non possit, possit auctoritate propria resiliat, & si per sententiam Judicis compellatur, poterit omni modo possibili executionem vitare. nu. 2. Etiam qui dubius est de causa resiliendi, Judicem adire tenetur. n. 103.

17. Qui justam habet causam resiliendi sed occultam, quæ famam alterius lædere possit; ut si v.g. de fornicatione sponsa sibi certo constet, & eam probare possit; tenetur prius eam monere per se, vel per alios, ut a pretensione recedat, aliter se ejus defectum coram Judice probaturum; quod si desistere, & recedere nolit, licitum erit Judicem interpellare, & causam probare. Judex competens in his causis est Judex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus jurisdictionem habens in foro contentioso. Tract. 9. cap. 2. num. 104, 105. Quando sponsalia ex legitima causa, sive auctoritate Judicis, sive auctoritate propria dissolvuntur, si jurata fuerint nulla opus est juramenti relaxatione, quia juramenti obligatio, sponsalibus solutis evanescit. num. 106. Ad tertium causæ pro dissolutione sponsalium in foro conscientie sufficit unus testis fide dignus. In foro exteriori, si uterque, vel pars quæ Matrimonium optat, causam neget, &

agatur de impedimento dirimento, vel impediendo, sufficit unus testis integer, id est juratus, & ocularis, etiam si sponsalia jurata fuerint. Si autem uterque, vel pars quæ Matrimonium optat, causam adesse fateatur, hoc in foro exteriori sufficit ad sponsalia dissolvenda: secus vero si sola pars, quæ dissolutionem optat, causam adesse asserat. nu. 108, 109, 110, 111. At si agatur de causa tribuente tantum jus ad resiliendum, duo testes integri, nempe de certa scientia, & sub juramento deponentes requiruntur. nu. 114.

## CAPUT II.

*De Matrimonii essentia, & proprietatibus.*

18. **M**atrimonium tripliciter sumitur. 1. Ut est validus, & legitimus contractus. 2. Ut Sacramentum, & dicitur Matrimonium ratum. 3. Pro ut est consummatum. Primum, significat conjunctionem Dei cum anima per gratiam. Secundum, Conjunctionem Christi cum Ecclesia per Baptismum. Tertium, Unionem hypostaticam Verbi cum humanitate, & etiam unionem Dei cum Beatis in Patria. Tract. 9. cap. 3. n. 12. In matrimonio tria inveniuntur: ratio contractus; vinculum animorum permanens transacto contractu; copula carnalis apta ex natura sua ad filiorum generationem, quæ est primarius finis matrimonii. n. 3. 4. 5. Essentia matrimonii licet in duabus prioribus rationibus inveniatur, propriissime tamen in ratione Sacramenti sub prima acceptione sumitur; at in ratione matrimonii in secunda acceptione usurpatur. num. 6. Matrimonium igitur ut matrimonium est, ac proinde ut commune fidelibus, & infidelibus, definitur: *Conjunctio maritalis viri, & mulieris inter legitimas personas individuum vite consuetudinem continens.* At matrimonium ut est Sacramentum, est signum sensibile gratiæ collatæ.

*collatæ viro, & mulieri legitimo consensu copulatis ad perpetuam vite consuetudinem.* nu. 7.

19. Minister hujus Sacramenti non est Parochus matrimonio assistens, sed sunt ipsi contrahentes. Unus autem contrahens causat gratiam in altero, ut minister sive immediate per seipsum, sive per Procuratorem; Procurator enim non est minister, sed ille cujus vices gerit. Quando contrahentes sunt in peccato mortali duplex peccatum committunt; unum quatenus Sacramentum in mortali suscipiunt; alterum quatenus Sacramentum in mortali ministrant. Tract. 9. cap. 3. nu. 10. Matrimonium est de jure nature, & datur de eo præceptum naturale, quod tamen non obligat personas particulares, sed totam Rempublicam. numero 12. Si omnes homines perirent, exceptis solis Religiosis, & Sacris initiatis, nec conspicerentur signa occisus mundi; tenerentur prædicti uxorem ducere, & naturæ præceptum de matrimonio adimplere ad pacem conservandam. n. 14.

20. De Fide est matrimonium esse rem bonam, & licitam. Tract. 9. cap. 3. nu. 17. Triplex finis in matrimonio potest inveniri: alius intrinsecus, & substantialis, ut est traditio mutua; obligatio radicalis reddendi debitum, & inter fideles vinculum indissolubile: Alius intrinsecus, & accidentalis, ut est prolis procreatio, & educatio ad cultum Dei; & remedium concupiscentiæ. Tertius extrinsecus, ut si quis nuberet ad pacem populi, ob divitias consequendas, &c. Tract. 9. cap. 3. nu. 23. Si quis matrimonium contraheret, positive excludendo ejus finem proprium, intrinsecum, substantialem, nempe mutuum traditionem, vel obligationem reddendi debitum, aut vinculi indissolubilitatem, non solum peccaret mortaliter, sed etiam invalidum esset tale matrimonium. nu. 25. Si quis contrahendo excluderet duos fines intrinsecos, sed accidentales, nempe proles procreationem, & concupiscentiæ remedium, & valide, & licite contraheret. nu. 26.

Si quis finem matrimonii ut Sacramentum est, nempe gratiam positive excluderet, contrahere volens in peccato mortali, valide contraheret, sed peccaret mortaliter. nu. 27.

21. Si quis duos fines intrinsecos prædictos accidentales, vel unum tantum ex illis, ut finem primarium, & principale intendere, nullum peccatum committeret, sed opus bonum, ac meritum faceret; ut patet in sterili apto tamen ad copulam, qui tantum nuberet ob concupiscentiæ remedium; vel in sene apto, qui ad habendam successorem nuberet. Tract. 9. cap. 3. nu. 28. Si quis in contrahendo præcise intendere alios fines matrimonii extrinsecos, ut divitias, honores, pacem consanguineorum, &c. non excludo tamen sine proprio intrinsecis substantialibus, sed eo tacite, & implicite retento, nullum peccatum committeret, sed actum bonum exerceret; tunc enim divitiarum, &c. non essent finis operis, sed solum quoddam motivum applicans voluntatem ad contrahendum, si finis intentus in celebratione matrimonii esset venialiter malus, etiam ipsa matrimonii celebratio esset peccatum veniale: si mortaliter malus, etiam celebratio matrimonii esset peccatum mortale, & esset duplex peccatum, unum ex prævitate finis, aliud propter obicem gratiæ. nu. 29, 30, 31, 32.

22. Matrimonium est vere Sacramentum novæ legis univoce conveniens cum aliis, & gratiam ex opere operato sicut alia communicans, ut definitum est in Concilio Tridentino. In hoc Sacramento verba, aut signa contrahentium, quibus consensus exprimitur, & contractus perficitur sunt Sacramentum tantum; gratia producta est res Sacramenti: vinculum vero quod remanet, est res, & Sacramentum. Solum Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum permanens; omnia alia, & consequenter etiam matrimonium sunt sacramenta transiente. Vinculum enim quod remanet nec est signum sensibile, nec productivum gratiæ. Tract. 9. cap. 3. nu.

40. 45. 47. Matrimonium tam in ratione Sacramenti, quam in ratione contractus est formaliter unicum, sed virtualiter multiplex. n. 50. In Sacramento matrimonii materia remota sunt corpora contrahentium: materia proxima ipsa actualis traditio per verba expressa: forma vero sunt utriusque verba, prout exprimunt traditionis acceptationem. nu. 56. 63.

23. Probabilis est rationem contractus matrimonialis, etiam inter fideles separabilem esse a ratione sacramenti; ac proinde posse dari verum & validum matrimonium in ratione contractus, quod non sit Sacramentum: prout in casu quo quis intenderet contractum civilem celebrare matrimonii; & ex prava voluntate, simplicitate, aut errore. n. nolle illud ut Sacramentum recipere: & iste nec tunc, nec ablato obice gratiam reciperet. Tract. 9. cap. 3. nu. 77. Matrimonium ex dispensatione Pontificis celebratum inter baptizatum & non baptizatum, tantum ex parte baptizati est Sacramentum. n. 82. Matrimonium inter absentes per procuratorem, nuncium, aut epistolam celebratum validum est, nedum in ratione contractus, sed etiam in ratione Sacramenti, & gratiam confert in eo instanti; in quo per procuratorem celebratur, non ipsi procuratori, sed ei, cujus nomine contrahit: procurator autem non est minister, sed instrumentum ministris; ideoque si procurator sit in peccato mortali, mortaliter non peccat, bene vero mandans si non sit in gratia, quando procurator eius nomine contrahit. Laudabile autem est, & in conscientia securius, quod per procuratorem contrahentes, ipsimet poltea ineamt, ob defectus substantiales, qui intervenire possunt: hoc autem tunc apte fit, cum solemnitates matrimonii supplerentur. n. 83. 84. 89. 92.

24. Non requiritur quod procurator viri sit vir, sed potest mulier esse procuratrix pro viro, & vir procurator pro muliere. Tract. 9. cap. 3. num. 93. Ut procurator alterius nomine matrimonium

celebret, requiritur expressum, & speciale mandatum de contrahendo matrimonio pro tali, cum tali determinata persona: quod per se contrahat, non vero per substitutum, nisi de hoc habuerit specialem, & expressam licentiam a mandante: Et quod non excedat mandati fines. Si quæ in mandato continentur, quæ non habeant rationem conditionis, sine qua mandans non intendat contrahere; ut si diceretur, quod præmissis tribus denunciationibus, pro se ineam matrimonium: etiam illis non præmissis valebit. Non requiritur quod mandatum detur in scriptis, sed sufficit ore tenus. Necessæ est tamen quod dum matrimonium celebratur, non fuerit revocatum: nam invalidum esset matrimonium, etiamsi revocatio procuratori minime nota esset; sine consensu enim mandantis matrimonium non subsistit. Potest autem revocatio fieri verbo, epistola, vel factu. Pro foro conscientie sufficit revocatio mentalis, nu. 97. &c.

25. Non est necesse quod mandatum detur coram Parocho, & testibus, sed sufficit quod possit de illo iudicè constare. Tract. 9. cap. 3. nu. 102. Si mandatum facto animo datum fuit, sed ante celebrationem matrimonii vero animo ratificatum, matrimonium validum est: similiter si compos sui mandatum dedit pro contrahendo matrimonio, & ante celebrationem incidit in amentiam, tale matrimonium per procuratorem celebratum validum est: secus dicendum si procurator ipse in amentia, vel ebrietate matrimonium pro mandante contrahat, nam verba ebrii, vel amentis non sunt verba humana. nu. 104. 105. 106. Si matrimonium celebraretur per epistolam, alteri alteri scribat: sese illi tradere in matrimonium, & ex tunc acceptare traditionem, & utriusque epistolæ coram Parocho, & testibus legantur: quod si femina non referbat, lecta viri epistola coram Parocho, & testibus, eisdem suum consensum, & acceptationem aperiat, & statim conficitur matrimonium. Verba

ne-

necessaria ad contrahendum nomine alterius sunt: Recipio te in uxorem nomine N. & femina dicit: Ego te mediante doco N. n. 107. 108.

26. Matrimonium potest esse nullum, vel ex defectu consensu, vel ob impedimentum dirimens, vel ob clandestinitatem, ubi viget Tridentinum. Quocumque ex his modis irritum fuerit, ex integro supplendum est quod defuit, auterendum impedimentum si adsit; quo ablato novus consensus utriusque requiritur; & hic consensus, si impedimentum publicum fuit, coram Parocho, & testibus præstari debet. Tract. 9. cap. 3. num. 110. 111. 112. Probabilis est, eum qui sicte contraxit, teneri ex iustitia ad revalidandum matrimonium apponendo novum consensum, nisi sui facti consensus alteri parti sufficientia præbuerit indicia; vel mulier se virginem sinxerit, quæ non erat; vel detur notabilis disparitas; vel si qui sicte contraxerat, jam cum alia inierat matrimonium, vel si malus exitus ex tali matrimonio timeatur. Verius est, eum qui ex vi, vel metu, aut cum fictione matrimonium contraxit, satis esse, si novum consensum apponat, perseverante tamen moraliter alterius partis prioris consensu; si enim eum retractavit; vel consensum penituit; vel eo animo sit, quod si sciret nullitatem, non amplius contraheret, debet ex parte utriusque novus consensus apponi, & exterius exprimi. n. 114. 115. 118.

27. Quando Matrimonium fuit nullum ob aliquod impedimentum dirimens, non est necesse ad illud revalidandum, partem impedimenti ignaræ de eo certiorum facere, ut novum consensum apponat; sed sufficit quod eo per secretam dispensationem ablato, opportuno tempore artificiose consensum petat, interrogando v. g. an dato quod non contraxissent, se in conjugem acciperet; vel alio modo æquivalenti: & hoc maxime si ex manifestatione timeretur periculum infamie, percussiois, scandali, aut dissolutionis Matrimonii. Quod si talis con-

sensus obtineri non possit, sufficere quod pars ignara impedimenti, animo maritali copulam habeat. Tract. 9. cap. 3. num. 122. 124. 125. Verius est, quod ad revalidandum Matrimonium nullum ex defectu consensu, vel ob impedimentum dirimens occultum, five ex parte unius, five ex parte utriusque, non requiratur Parochi, & testium assistentia. num. 128.

28. Matrimonium legitimum illud est, quod præcise habet rationem contractus civilis legitime celebrati; prout etiam inter infideles esse potest; & non habet rationem Matrimonii rati; ideoque per conversionem unius ad fidem dissolvitur, Matrimonium ratum illud est, quod per Baptisum firmatur, & indissolubile fit, non tamen omnino, cum dissolvi adhuc possit per professionem Religiosis, & per dispensationem Summi Pontificis. Ex eo quod aliquis conjugum fidem deserat, non definit Matrimonium esse ratum, nec dissolvitur. Matrimonium consummatum illud est, quod per copulam maritalem compleitur, qua fiant conjuges una caro; & ad hanc consummationem requiritur copula cum seminatione viri intra vas mulieris, (quidquid sit de penetratione instrumenti virilis, quæ penetratio sine seminatione prædicta non sufficit): Immo probabile est ad consummationem Matrimonii requiri etiam mulieris seminationem; nam sine hac nec resultat affinitas, nec sunt conjuges una caro. Tract. 9. cap. 4. num. 1. 2. 3. 4. 5.

29. Si post bimefrem femina vi, vel metu cognoscatur a viro suo, proculdubio remanet Matrimonium per talem copulam, (si perfecta sit prout supra) consummatum; ita quod omnino indissolubile sit, iniuste enim invita fuit. Si ante bimefrem completer cognoscatur ut supra vi, vel metu, matrimonium quidem sit consummatum: verum propter injuriam, & vim illatam probabilis est posse adhuc invito marito Religione ingredi; non enim iniuste jure suo privanda est. Tract. 9. cap. 4. num. 7. 8. 10. Omne Matrimonium five legitimum, five

five rarum, five consummatum indissolubile est non solum jure positivo, sed etiam naturali, tam ab intrinseco, quam ab extrinseco; quod sequenti tamen limitatione: quod Matrimonium legitimum dissolvi potest solum per conversionem, & Baptismum unius; & Matrimonium ratum dissolvi potest solum per professionem Religiosam, aut dispensationem Summi Pontificis, num. 11. 16. 22.

30. In lege veteri licitum fuit libellum repudii, per quod Matrimonium dissolvebatur, & poterat mulier repudiata licite, & valide alteri nubere. Tract. 9. cap. 4. num. 30. Certum est validum esse Matrimonium inter infideles legitime contractum. Si uterque conjux ad Fidem convertatur, minime dissolvitur Matrimonium: poterit tamen dispensatione Summi Pontificis dissolvi, licet sit consummatum; num. 33. 34. Matrimonium infidelium dissolvitur per conversionem unius: ad Fidem in tribus casibus. Primo. Si infidelis nolit habitare cum conjuge fideli, quia fidelis est. Secundo. Si ex cohabitatione fidelis cum infideli secutum sit scandalum conjugi fideli, propter blasphemias in Fidem Christi, & contemptum Christianæ Religionis, ex quibus ad infidelitatem inducatur. Tertio. Si ad aliquod peccatum mortale, quodcumque illud sit, fidelem inducere conetur. Etiam extra prædictos tres casus, ex praxi, consuetudine, & communi Doctorum consensu, his temporibus adhuc non licet mulieri fideli habitare cum viro infideli, qui vult in sua infidelitate persistere, nisi ex hac separatione imminet periculum mortis, aut magni damni; & nisi forte esset probabilis spes conversionis conjugis infidelis, & abesset periculum perversionis conjugis fidelis, maxime in regionibus, ubi infideles converti incipiunt. nu. 37. 42. 43.

31. Quando infidelis non vult converti, vult tamen pacifice cum conjuge fideli habitare absque injuria creatoris, non dissolvitur Matrimonium, & nec licite, nec valide potest conjux fidelis ad alias

nuptias transire. Verum satis probabilis est etiam oppositum, nempe tale Matrimonium dissolvi, & consequenter potest conjugem fidelem ad novas nuptias transire, maxime in iis locis, & temporibus quibus fideli non licet habitare cum conjuge infideli: Conjux tamen fidelis prorsusquam ad alias nuptias transeat, debet conjugem infidelem interrogare, an velit converti; quia si converti velit, ad alias nuptias transire nequit. Tract. 9. cap. 4. num. 44. 46. 47. 48. Matrimonium infidelium non dissolvitur, quando unus ex conjugibus convertitur ad Fidem, sed quando post conversionem ad alias nuptias pervenit. Quare si antequam vxor fidelis ad alias nuptias transeat, vir ad Fidem convertatur, poterit habitare cum eo, nec poterit alium ducere. Fas tamen erit ei ab ipso quodatorum recedere propter infidelitatem, a qua admonitus converti nolit; sicuti si de novo ad infidelitatem rediret, potest ab eo quoad torum separari. Si femel vxor ad alias nuptias perveniat, etiam si ejus maritus moriatur, & prior maritus convertatur ad Fidem, nequit ad illum redire, nisi celebrato novo Matrimonio. Non dissolvitur Matrimonium per hoc quod infidelis ad alias nuptias transeat, & ideo si postea conuertatur, debet, secunda vxore relicta, cum priori habitare, si ipsa velit; vel in celibatu manere. Dissolvitur etiam Matrimonium infidelium per hoc, quod fidelis convertatur Religionem profiteatur; num. 50. 51. 52.

32. Potest Summus Pontifex de potestate extraordinaria, & speciali, quam habet ut Vicarius Christi, ex gravi causa, (qualis est impotentia superveniens, sterilitas de novo detecta, morbus contagiosus, notabilis disparitas conditionis, scandalum imminens, jurgia, & dispersiones longæ, quæ ex tali matrimonio timentur,) matrimonium ratum dissolvere; nunquam tamen matrimonium consummatum. Tract. 9. cap. 4. nu. 54. 55. 61. Per professionem Religiosam dissolvitur matrimonium ratum, non solum ex concessione Christi, de qua ha-

betur

betur Ecclesiæ traditio a tempore Apostolorum; juxta communem Doctorum consensum, & ex jure Pontificio, sed etiam ex natura ipsius professionis, juxta probabiliorum sententiam. Matrimonium autem consummatum nec per unum, nec per utriusque professionem unquam dissolvi potest. Professio autem, per quam dissolvitur matrimonium ratum, debet esse professio solemniter in Religione approbata, nec sufficit tacita professio, aut emissio votorum simplicium, quæ sunt in Societate post benedictionem. num. 71. 73. 78. 86. 87.

33. Conjugibus celebrato matrimonio conceditur bimestre ad deliberandum de ingressu in Religionem, intra quod tempus debitum reddere non tenentur. Transacto bimestri, & nondum consummato matrimonio, nequit alter licite ingredi Religionem, sine alterius licentia: potest tamen valide, & si profiteatur, dissolvitur matrimonium. Hujus bimestris privilegio potest eorum quilibet uti, etiam si Religionem ingredi nolit. Qui absque gravissima causa matrimonium contraheret eo animo ut post contractum ante consummationem illius ad Religionem convolaret; peccaret mortaliter: gravissima autem causa interveniente, minime peccaret, immo ad id aliquando adstringeretur. Tract. 9. cap. 4. num. 88. 90. 91. 92.

34. Polygamia est conjugium unius viri cum pluribus uxoribus simul retentis. Bigamia est conjugium cum pluribus successivè. Monogamia est matrimonium cum una tantum. Biviratus est conjugium unius mulieris cum pluribus viris simul retentis. Tract. 9. cap. 5. num. 1. Certum est, biviratum non solum lege divina sed etiam naturali prohibitum esse. num. 2. Polygamia, seu pluralitas uxorum nedum jure positivo humano, sed etiam lege divina nova, & veteri, & etiam lege naturali prohibita est, ita quod nec Summus Pontifex in hoc valet dispensare. Licet autem polygamia aliquando primis Patriarchis, & populo Jædeorum ex dispensatione divina, non quidem propria, sed impropria,

quæ dispensatio per Christum omnino sublata est; num. 7. 11. 13. 17. 21. 31. 34. 46. 52. Vide tract. 1. sect. 159.

35. Matrimonium secundum, tertium &c. post mortem prioris conjugis, quod dicitur bigamia, licitum est, & validum, & est vere Sacramentum conferens gratiam: ut autem liceat ad alias nuptias transire requiritur moralis certitudo de morte conjugis, nec fama communi, aut longæ absentiæ sifidendum. Tract. 9. cap. 5. num. 54. 62. 65. 68. Si post moralem certitudinem de morte viri, contracto matrimonio cum alio, mulier appareat primus vir, tenetur mulier ad illum redire, relicto secundo: immo statim ac notitiam habet de vita prioris, nequit amplius secundo reddere, aut ab eo petere debitum. Quod si de vita prioris dubitet, poterit quidem reddere, non vero petere. num. 69. 70. Mulier quæ mala fide cum alio contraxit, quia dubitabat, vel credebatur mortuum esse vivum; cum tamen vere mortuus esset, peccavit quidem mortaliter contrahendo; nihilominus si vel judicavit valide se posse contrahere, vel sub hac conditione contraxit: Si prior mortuus sit; vel intendit facere totum id, quod valide poterat, validum est matrimonium. num. 73. Filii habitæ ex secundo matrimonio bona fide contracto legitimi sunt, si copula habitata fuit durante bona fide; si vero defuit bona fides ex parte alicujus tempore celebrationis, vel tempore copulæ, adhuc proles ut legitima habenda est ex parte sua, respectu utriusque parentis; ille tamen in quo defuit bona fides, privatur jure legitimi parentis: unde succedet quidem talis proles parenti malæ fidei, sicut alii legitimi; non vero e contra, nisi eo modo, quo parens spurio succedere potest. num. 74.

## CAPUT III.

*De consensu ad Matrimonium requisito.*

36. AD Matrimonium tam in ratione contractus, quam Sacramenti, & vinculi permanentis requiritur verus, & mutus utriusque contrahentis consensus; nec ab Ecclesia, aut Rep., aut alia quavis potestate suppleri potest. *Traët. 9. cap. 6. num. 1. 3.* In probabiliori sententia, neque per divinam potentiam dari potest matrimonium sine tali consensu, num. 10. De Fide est matrimonium a filiis contractum absque parentum consensu esse validum, & indissolubile, ita ut neque a parentibus, neque a Magistrate possit irritari. Verius est non teneri filios sub mortali pro matrimonio contrahendo parentum petere consensum, aut eorum sequi consilium; & solum venialiter peccare, si sine eorum consensu, vel consilio nubant, valde tamen conveniens est, decorum, & honestum quod filii, & maxime faminae in hac re parentibus obsequantur. num. 14. 19. 22. 24. Omnes leges civiles sive communes, sive particulares concedentes parentibus posse exhaerere filios absque eorum consensu nubentes, vel iniuste sunt, vel per jus canonicum revocatae, quia sunt contra matrimonii libertatem. num. 28.

37. Matrimonium servorum absque consensu dominorum suorum, & validum, & licitum est; & peccant mortaliter domini, qui vel impediunt servorum matrimonium, vel eos propter hoc supplicio adiciunt; vel eò virum mittunt, ubi uxor sequi non possit. *Traët. 9. cap. 6. num. 30. 33.* Per se loquendo non possunt parentes cogere filios, domini servos, Principes subditos, vel etiam quoscumque alios ad contrahendum matrimonium; bene vero per accidens, quando scilicet ad illud contrahendum ex iustitia tenentur. Injuste cogentes sibi subditos, vel quoscumque ad contrahendum matrimonium excommu-

nicationis poenam incurrunt, num. 34. 35. Consensus ad matrimonium requisitus essentialiter necesse est quod verbis, aut signis exterioribus pateat, num. 40. Signis dubiis, aut verbis æquivocis uti in celebratione matrimonii est peccatum mortale. Signis aut nubiis certis ex iusta causa, aut juxta consuetudinem loci uti, nec peccatum veniale est. num. 45. 48. 52. Ad faciendum matrimonium illa verba sufficiunt, quæ exprimentur consensum de presenti; & idem dicendum de signis. Taciturnitas puellæ coram parentibus pro ea respondentibus est signum sufficiens ad exprimentum consensum; taciturnitatem vero coram aliis probabilis est non sufficere. num. 53. 60. 61. 62. Sufficit quod utriusque consensus simul moraliter apponatur. Quæ autem mora interponi possit, id prudentum arbitrio relinquendum. n. 63.

38. Relicta conditione de presenti, vel de præterito, quæ improprie dicitur conditio: Conditio proprie sumpta illa est, ratione cujus suspenditur contractus; unde sola conditio de futuro contingenti est rigorosa conditio, & definitur quod sit, *Oratio, quæ id omnis quod agitur in futurum eventum suspenditur.* Circa omnes autem conditiones in foro conscientie standum est contrahentium intentioni; unde si quis vere non habet intentionem contrahendi, nisi sub conditione impossibili, vere non contrahit, quidquid sit de foro exteriori. Si autem non consistet de intentione contrahentium, etiam in foro conscientie judicandum est secundum forum externum. *Traët. 9. cap. 7. num. 1. 2.* Adjectio temporis facta contractui matrimonii designando illius durationem, ut si quis dicat: contraho tecum pro hoc anno; cum sit contra substantiam matrimonii, illud irritum reddit. Si vero fiat ad determinandum tempus quo incipiat obligatio, dicendo verb. grat. contraho tecum, ut te post mensem habeam in uxorem, suspenditur consensus usque ad illud tempus, & transacto mense, si non fuerit revocatus perficitur

tur matrimonium sine novo consensu. n. 3.

39. Adjectio causæ sive per particulam quia, sive per particulam quæ, ut si dicatur contraho tecum quia dives es: vel contraho tecum, quæ dives es: Etiam si ita non sit, non vitiat per se contractum matrimonii, dummodo non adfit error irritans, prout infra dicitur, nec illud suspendit. Adjectio modi, vel oneris, ut si quis dicat contraho tecum ut honores conferas, vel divitias: ut me doceas &c. Si fuerit de re licita, non suspenditur, sed statim perficitur contractus, & consurgit obligatio; si fuerit de re turpi, perficitur contractus, & rejicitur adjecta conditio. *Traët. 9. cap. 7. num. 4. 5.* Nunquam permittendum est matrimonio conditiones apponi: Quod si conditio apponatur, & sit de presenti, vel de præterito non suspendit contractum, sed illum purum relinquit; unde si quis dicat, contraho tecum si virgo es: Si pater tuus fuit Prætor: si verificatur conditio, validum est matrimonium: si secus, nullum est; quia conditio de presenti, vel de præterito inter necessarias computatur. n. 8.

40. Conditiones omnino necessariae ab intrinseco non suspendunt contractum. Similiter conditiones necessariae ex suppositione, dummodo a contrahentibus, ut necessariae cognoscantur. *Traët. 9. cap. 7. num. 10. 13. 15.* Conditio generalis est quæ omnibus contractibus inest, ut: si vixerimus: si Deus velit. &c. Talis conditio sumpta eo modo, quo omnibus contractibus inest, contractum non suspendit. Sic etiam conditio ita contractui intrinseca, ut sine illa non valeat; ut: *contraho tecum si non adfit impedimentum dirimens.* num. 17. 19. Conditio impossibilis alia est talis ex natura sua; ut: *contraho tecum, si digito caelum tetigeris.* Alia ex jure, ut: *contraho tecum si cum sorore contrahere licet.* Alia de facto, ut si pauperi dicas: *contraho tecum si dives es.* Et alia ex suppositione, ut si corruptæ dicas: *contraho tecum si virgo es.* Alia de præterito, ut si

Pars II.

dicat: *contraho tecum, si digito caelum tetigeris:* vel de presenti, ut si digito caelum tangis: vel de futuro; ut si digito caelum tanges. n. 21.

41. Conditio impossibilis de futuro debet ut talis cognosci a contrahentibus; si enim eam possibilem credant, matrimonium quidem nullum relinquitur; minime tamen habetur pro non adjecta, cum possibilis iudicetur; sed suspendit obligationem donec impossibilis cognoscatur, qua cognita, cessat obligatio. *Traët. 9. cap. 7. num. 22.* Si serio conditio impossibilis apponatur, ita ut non nisi sub ea quis consentire velit, nullum efficitur matrimonium ex defectu consensus; si vero ex adjunctis, & circumstantiis conflet, non serio, sed ex joco appositam, & consensum fuisse absolute, matrimonium validum est in utroque foro. Si autem dubitetur, quo animo apposita fuerit; in utroque foro in favorem matrimonii judicandum est; tenentur tamen conjuges ad tollendam dubitationem de valore, denuo contrahere. num. 23. Idem dicendum secundum probabilioris sententiam, quotiescunque adjecta conditio impossibilis, de mente contrahentium non constat. Et quod dicitur de conditionibus ex natura rei impossibilibus, dicendum est etiam de conditionibus jure, sive naturali, sive positivo impossibilibus; & insuper de conditionibus jure, vel natura impossibilibus de presenti, vel de præterito. n. 28. 30. 34. 35.

42. Non rejiciuntur a matrimonio conditiones per accidens impossibiles; sed respectu ejus qui ignorat impossibilitatem, suspendunt consensum usque ad notitiam, quæ posita, cessat obligatio apponendi consensum. Nec rejiciuntur conditiones impossibiles de facto; & ideo contractum ex tunc irritum reddunt. *Traët. 9. cap. 7. num. 36. 37.* Probabilis est quod matrimonium contractum cum impedimento dirimente, ex iis quo non diffuculter solent a Pontifice dispensari, sub conditione: *si Pontifex dispenserit,* obliget in ratione contractus conditionati; ac proinde non licere contrahenti-

299

bus

bus ante, vel post dispensationem altero invito recedere. Si vero impedimentum esset ex iis super quibus nunquam, vel non nisi cum Principibus ex urgentissima causa dispensatur: vel causa iusta dispensandi non haberetur; tunc conditio ut impossibilis rejicitur, & contractus remanet nullus, etiam si esset juratus, utpote inter inhabiles celebratus. n. 38. 39. 43.

43. Mortaliter peccant omnes, qui sub conditione etiam honesta de futuro contingenti contrahunt, & etiam Parochus, & testes tali matrimonio assistentes. Matrimonium in initum sub conditione honesta, & contingenti de praeterito, vel de praesenti non suspenditur, sed statim aut est validum, aut nullum. Tract. 9. cap. 7. num. 51. 52. Conditio de futuro contingenti suspendit matrimonium usque ad eventum conditionis; si tamen conditio antecedit contractum, vel in ipso contractu apponatur. Usque ad conditionis eventum neutra pars, invita alia, potest sine iusta causa rescire. num. 53. 54. Matrimonium sub conditione honesta de futuro contingenti in initum, impleta conditione, fit omnino perfectum, & absolutum sine novo consensu, dummodo contrahentes habuerint animum expressum contrahendi de praesenti cum illa conditione verb. grat. si pater tuus consentiat; nec talem animum retractaverint. Tutius tamen erit, & consultius novum consensum apponere exterius expressum, impleta conditione. Quando matrimonium contrahitur sub hac conditione: si pater tuus consentiat; probabilis est intelligendum esse: si non contradicatur; & in tali casu patris taciturnitatem habendam esse pro consensu. num. 59. 61. 67.

44. Verius est, quod post Tridentinum ubi admissum est, debet Parocho, & testibus constare de eventu conditionis, saltem per ipsorum contrahentium testimonium; nam debent vero, & completo matrimonio assistere, quod per adimpletionem conditionis periclitur. Tract. 9. cap. 7. num. 81. Conditiones contrariae substantiae matrimonii, aut

bonis ejus matrimonio adjectae, illud non solum jure positivo, sed etiam ex natura rei irritum reddunt. num. 87. Probabilis est, tales conditiones etiam honestas, si in pactum deducantur, matrimonium irritum reddere; ut si verb. gr. dicas: contraho tecum, dummodo me non cognoscas. num. 95. Turpes conditiones non contrariae substantiae matrimonii, ab eo rejiciendae sunt; idemque iudicium de his, ac de impossibilibus ferendum est. num. 101. Si quis serio, & ex animo sub conditione turpi promiserit, & illi suum consensum alligavit; in foro conscientiae suspenditur matrimonium usque ad conditionis eventum; & etiam in foro exteriori, si de hoc constat. num. 102. Similes conditiones tamen impossibiles, quam turpes rejiciendae sunt etiam a sponsalibus; & dum non consistit voluisse suum consensum tali conditioni alligare, judicandum est, absolute sponsalia contraxisse. n. 106.

45. Matrimonium clandestinum illud est quod sine Parochi, & testium praesentia contrahitur. In Ecclesia ante Tridentinum nunquam fuit irritum, & invalidum. Concilium autem Tridentinum illud in ratione contractus, tam directe quam indirecte irritum reddit: indirecte quidem reddendo personas inhabiles ad sic contrahendum; directe vero ipsum contractum irritum declarando: in ratione vero Sacramenti indirecte tantum, nempe irritando contractum, sine quo subsistere nequit matrimonii Sacramentum. Tract. 9. cap. 8. num. 2. 6. Apud fideles ubi est promulgatum, & receptum Tridentini decretum, in nullo casu validum esse potest matrimonium clandestinum; num. 11. 12. 13. Peregrini, in quorum locis non est receptum Tridentini decretum, transseunt ubi receptum est; si clandestine contrahant, invalide contrahunt. E contra peregrini, in quorum locis receptum est, si clandestine contrahant ubi non receptum, valide contrahunt, sed mortaliter peccant. Verum si solo animo clandestine contrahendi illuc se conferant, invalidum esse tale matrimonium, habetur ex qua-

quadam Cardinalium declaratione ab Urbano VIII. approbata, & confirmata. n. 18. 19. 20.

46. Ad valorem igitur matrimonii requiritur assistentia proprii Parochi saltem unius ex contrahentibus, vel alterius Sacerdotis de licentia proprii Parochi. Proprius autem Parochus intelligitur Parochus domicili. Qui alio se transferit, animo ibi manendi per majorem anni partem, potest a Parocho illius loci matrimonio conjungi, & etiam alia Sacramenta recipere. Tract. 9. cap. 8. num. 23. 24. 25. 30. Similiter qui aequaliter, vel fere aequaliter in duobus locis habitat, potest ab utriusque loci Parocho matrimonio conjungi, & alia Sacramenta recipere, num. 32. Parochus extra suam Parochiam existens valide suorum Parochianorum matrimonio potest assistere; immo etiam licite, dummodo privatum, sine concursu, sine strepitu, sine solemnibus benedictione, aut denuntiationibus ibi habitis. num. 33. 34. 35. Quilibet Parochus potest vagorum matrimonii assistere, eisque Sacramenta impertiri: ut tamen vagorum matrimonio assistat, praemittenda est diligens inquisitio, & habenda est licentia Diocesana. n. 37. 38.

47. Probabilis est validum esse matrimonium, cui assistit Parochus nondum Sacerdotio initiatus; immo & licite assistere potest. Tract. 9. cap. 8. num. 40. 45. Parochus excommunicatus vitandus, irregularis, vel suspensus, qui nondum sit beneficium privatus, valide matrimonio assistit: & probabile est, in hoc non peccare mortaliter, nisi Episcopus talem assistentiam ei prohibuerit: & potest etiam talis Parochus alteri Sacerdoti etiam excommunicato licentiam praebere valide assistendi. num. 48. 49. 51. Parochus verum non habens titulum, sed tantum coloratum cum errore communis, ex quo communiter verus Parochus creditur, valide matrimonio assistit, & omnia alia per illum acta valida sunt; at si solus adsit error communis, probabilis est non valere. num. 53. 54. Episcopus, & Archiepiscopus in suis Diocesis, Cardinalis in Ecclesia sui tituli,

Legati in sua legatione, Capitulum feode vacante, eisque Vicarius, & Vicarius generalis Episcopi, & omnes jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, respectu suorum subditorum, matrimonio assistere possunt. num. 55. Licentia a Parocho alteri Sacerdoti collata ad assistendum matrimonio, non est necesse quod sit in scriptis, neque quod specialiter ad hoc concedatur, sed sufficit licentia generalis ad omnia munera Parochi exercenda. Sufficit etiam licentia metu, vel dolo extorta: nec non & licentia tacita, sed de praesenti; ut si Parochus videat Sacerdotem se disponentem ad assistendum, & non prohibeat. num. 56.

48. Debent insuper, ut matrimonium valide contrahatur, adesse simul cum Parocho duo testes ab ipso Parocho distincti. Quilibet autem rationis compos, sive vir, sive foemina, etiam consanguinei, etiam excommunicati, aut infideles, etiam dolo tracti, aut vi detenti, aut casu transeuntes sunt testes apti pro matrimonio, dummodo intelligant quid agatur, & de hoc testificari possint. Tract. 9. cap. 8. nu. 57. 59. 61. Si Parochus, & testes vi, dolo, aut metu coacti essent assistere matrimonio, etiam si assedent non intelligere, claudendo oculos, obturando aures, dummodo noverint quid fieri velit, valide assistunt. num. 66. 67. Taliter autem contrahentes, nisi urgens necessitas cogat mortaliter peccant. num. 68. Tenetur praeterea Parochus ex Tridentini praescripto contrahentes interrogare, an velint se mutuo conjugere: eos benedicere dicendo: Ego vos conjungo, in nomine Patris &c.: & tandem tenetur totum factum in libro describere; sed hoc tria non sunt de necessitate Sacramenti; nec peccaret mortaliter interrogaciones, aut benedictionem omitendo: bene vero si factum in libro non scribat. num. 69.

49. Antequam matrimonium contrahatur, praemitti debent, non quidem ut necessariae ad valorem Sacramenti, sed ex praescripto cum Concilio Lateranensis,



tum Tridentini, denuntiationes a proprio contrahentium Parocho faciendae tribus continuis diebus festivis inter Missarum solemniam, quibus publice denuntietur, inter quos contrahendum sit matrimonium, ut impedimenta si quae sint detegantur. Debent autem fieri in illa vel illis Parochiis, in quibus contrahentes sunt diutius demorati. Eas autem abique iusta causa omittere verius est esse peccatum mortale. *Tract. 9. cap. 8. nu. 71. 72. 73. 77.* Si moraliter certum sit nullum adesse impedimentum, verius est non esse mortale peccatum unam vel alteram denuntiationem omittere . *nu. 78.* Velationes quoque, seu solennes benedictiones adhibendae sunt, sed solum in primis nuptiis; non tamen a Dominica prima Adventus ad Epiphaniam, nec a feria 4. Cinerum ad Octavam Paschae inclusive. Verum si abique scandalo, & contemptu omittantur, non est peccatum mortale: Sicut nec est mortale ante illas matrimonium consummare; sed quia plures graves Doctores tenent esse veniale, ideo nullum esset peccatum ante illas debitum negare . *num. 79. 80.*

50. Dispensare in denuntiationibus pertinet ad Episcopum contrahentium, aut cuiuslibet ex illis, si sint ex diversa Digressi. Potest etiam dispensare Parochus necessitate urgente, si non sit facilis recursus ad Episcopum: immo probabile est id posse, etiam si sit facilis recursus ad Episcopum; non potest tamen dispensare, ut abique denuntiationibus matrimonium consummetur; quia ex praecipuo Concilii id Ordinario relinquunt. *Tract. 9. cap. 8. n. 81. 83. 84. 86.* Peccaret mortaliter qui sine iusta causa in denuntiationibus dispensaret. Si Ordinarius gravi interveniente causa dispensare nolit, possunt contrahentes, denuntiationibus omissis, matrimonium celebrare, & nec ipsi, nec Parochus, aut testes matrimonio assistentes peccabunt. *nu. 92.* Matrimonium consummare, quando malitiose omissae sunt denuntiationes; vel quando dumtaxat dispensatum est ne praemittantur, non vero ad consumman-

dum sine illis, probabilius est esse peccatum mortale. *n. 94.*

51. Tenentur impedimenta sive dirimentia, sive solum impedienda denuntiare omnes qui sciunt, maxime si per testes probare possint; & etiam in probabiliori sententia licet probare non possint; nisi ex tali delatione grave damnum proprium, aut scandalum timeatur. Tenetur etiam delator prius praemittere admonitionem fraternam, si probabiliter profutura speretur, & non sit periculum in mora, maxime si impedimentum fuerit infamatorum. *Tract. 9. cap. 8. nu. 95. 97.* Ad hanc denuntiationem tenetur sciens, etiam si tale impedimentum sub secreto naturali extra confessionis sigillum sciat, licet iuraverit se nunquam manifestaturum. *nu. 99.* Qui impedimentum novit a persona fide non digna, deferre non tenetur. Sic neque quando ex auditu sciens, non recordatur a quo audierit, maxime quando impedimentum est infamatorum. *nu. 100.* Ipsi quoque contrahentes, & eorum qui libet conscius impedimenti illud aperire tenetur, maxime interrogatus, si a matrimonio non desistat; etiam si infamatorum sit. *nu. 101.* Parochus, cui aliquod impedimentum revelatum est, debet matrimonium impedire, & rem ad Ordinarium deferre. *nu. 103.* Potest & tenetur Episcopus qui solus ex propria scientia impedimentum novit, matrimonium impedire, sive secreto, sive publice petatur. *nu. 104.* Ad probandum impedimentum sufficit unus testis fide dignus, omni exceptione major, ex certa scientia de impedimento testificans cum juramento. *n. 107.*

52. Matrimonium initum ex metu gravi cadente in virum constantem a causa libera iniuste incusso ad extorquendum consensum, jure positivo Ecclesiastico tantum, nullum est in utroque foro; etiam si verus consensus apponatur, sive consentiens sciverit nullitatem, sive non. *Tract. 9. cap. 9. nu. 1. 2. 3. 7.* De metu, & eius conditionibus. Vide *tract. 1. sect. 72.* Metu gravi coactus matrimonium contrahens, juxta com-

munierem sententiam non peccat, etiam si sciens nullitatem, consensum apponat. Talem vero metum incutiens proculdubio mortaliter peccat. *num. 12. 13.* Metus, qui omnibus circumstantiis attentis levis est, non reddit irritum matrimonium, etiam si causa illius sit, juxta veriorum sententiam. *nu. 30.* *Metus reverentialis est furvi mali existimatio, quod nobis ab his metuimus, in quarum legitima potestate sumus, & quos cultu, & honore dignamur.* Hoc malum consistit in eo quod est habere verb. grat. ipsum patrem sibi infernum, superciliosum, torve aspicientem, & aspere loquentem, licet verba opprobriosa non dicat, aut verbera non minetur; & si haec indignatio fuerit diuturna, grave malum est. Huiusmodi autem metus reverentialis, & timor talis diuturnae indignationis sufficit ad irritandum matrimonium. *nu. 34.* Preces, & blanditiae importunae, (dicuntur autem importunae quando instantissime, & saepius repetuntur,) ab aequalibus, vel inferioribus factae, non sufficiunt per se solae ad irritandum matrimonium; bene vero si ab eo fiant, respectu cuius metus reverentialis habetur. *n. 37.*

53. Sive metus gravis iniuste incutitur ad contrahendum absolute, seu in genere, sive ad contrahendum cum una ex tali familia, cognatione, vel civitate, tale matrimonium irritum est. *Tract. 9. cap. 9. nu. 40.* Metus a causa naturali incussus, ut a fera minante mortem, a tempestate, aegritudine, &c. non irritat matrimonium. *nu. 41.* Metus gravis a causa libera iuste incussus ad extorquendum matrimonium, illud irritum non reddit; quia is cui metus incutitur, jam ex culpa sua ad tale matrimonium tenetur. Immo etiam si non teneretur ex tali culpa ad matrimonium, adhuc validum esset; ut si hominidae minaretur aliquis se eum accusaturum coram iudice, nisi filiam ducat; quia proprie metus ad matrimonium non incutitur, sed potius proponitur matrimonium, ut medium ad evadendam

malum, quod iuste inferri potest. *nu. 43. 44.* Si parentes, vel consanguinei virginis, ejus stupratori minentur mortem, nisi eam ducat, invalidum erit matrimonium ex tali metu contractum, quia ei iuste nequeunt mortem inferre. Si vero non ad extorquendum matrimonium, sed ex ira eum occidere velint; & ipse ut metum evadat, se offerat ad ducendam uxorem, validum erit. *nu. 46. 47.* Si Iudex iuste quidem secundum allegata, & probata cogeret aliquem ad matrimonium, qui re ipsa coram Deo non teneretur, invalidum esset matrimonium. *n. 51.*

54. Quando conjux scit nullum fuisse matrimonium, quia ex metu gravi contractum, si postea sponte, & animo maritali copulam habeat; hoc ipso ratificatur matrimonium; & validum redditur: secus si copula habeatur animo fornicario, & ad explendam libidinem; aut sit per metum gravem extorta, aut violenter habita. *Tract. 9. cap. 9. nu. 55. 57. 60.* Dantur etiam nonnulla alia signa consensus liberi sufficientia ad ratificandum matrimonium invalidum propter metum, eo tamen cessante: ut mutuus amplexus animo maritali: si ex tali affectu se conjuges appellaverint: si sponsa dona sponalitia recipiat: diuturna cohabitatio, data interim opportunitate recedendi. Copula habita, nisi de opposito constet, in foro exteriori semper iudicatur facta animo maritali. Juramentum additum matrimonio ex metu gravi contracto, minime illud confirmat, nec validum facit, nec ullam obligationem inducit; nec relaxatione indiget. *n. 58. 63. 64.*

55. Error circa personam, (ut cum quis putans contrahere cum Maria, contrahit cum alia ejus loco oblata, ) non solum jure positivo, sed etiam ex natura rei matrimonium irritum reddit, etiam si error sit vincibilis, crassissimus, aut etiam fatuus; & non solum error antecedens, & dans causam contractui, sed etiam incidens seu concomitans. Si tamen contrahens cum Joanna, quam

putat esse Mariam, actualiter intendat contrahere cum quacunque sibi oblata; matrimonium validum erit: sic etiam si error sit tantum circa nomen personæ. Tract. 9. cap. 10. nu. 1. 4. 5. 6. Error five antecedens five concomitans circa qualitates personæ, ut cum quis contrahit cum paupere, quam putabat divitem; cum corrupta, quam putabat virginem; cum ignobili, quam credebatur nobilem; non reddit irritum matrimonium, nisi error redundet in personam, & sit antecedens: ut cum quis sub certa qualitate concipit individuum personam, cum qua contrahere intendit, & offertur ei altera illa qualitate carens. Vult verb. grat. fœmina contrahere cum filio Regis, & offertur alius, qui non est filius Regis; talis error redundat in personam, & irritat matrimonium. Pariter si quis formaliter, vel virtualiter velle contrahere verb. grat. cum tali sub illa conditione quod sit virgo, aut nobilis, aut dives &c.; ea deficiente nullum erit matrimonium. Dicitur autem velle virtualiter sub tali conditione contrahere quando prius expresse, & formaliter statuit sub tali conditione contrahere, nec talem animum retraxit. num. 11. 14. 35.

36. Condicio servitutis cognita a contrahente antequam matrimonium ineat, illud irritum non reddit. Tract. 9. cap. 10. nu. 20. Si contrahens cum errore servitutis fiat ex hoc deterioris conditionis, & detrimentum; ac inæqualitatem patitur, non quidem jure naturæ, sed Ecclesiastico tale matrimonium nullum est: five error sit antecedens, & dans causam contractui, five concomitans, quia contrahens ita affectus est, ut etiam si constaret ei de servitute, adhuc contraheret cum illa; etiam si sit vincibilis, & crassissimus. Si vero contrahens cum errore servitutis fiat æqualis aut melioris conditionis, validum est. Quare validum est matrimonium personæ non liberæ cum non liberâ, quam putabat liberam; vel cum liberâ quam putabat non liberam: invalidum vero matrimonium personæ liberæ cum

non liberâ quam putabat liberam; nisi actualiter habeat animum contrahendi cum ea, etiam si liberâ non sit, quia in hoc casu validum est. nu. 21. 22. 25. 28. Etiam ignorantia affectata servitutis ejus personæ cum qua contrahit, irritat matrimonium, si contrahens non habeat verum animum contrahendi in perpetuum. nu. 29. Qui injuriam ex errore servitutis passus est libere potest propria auctoritate resiliere, nisi ex hoc scandalum timeatur; quo in casu ad Judicem recurrendum est. Similiter servus qui contrahendo deceptus, potest valide resiliere, & cum alia contrahere, immo etiam licite, si bona fide contraxit. nu. 31.

37. Dispositum est a jure ut servi matrimonium contrahendo in aliquibus casibus libertatem consequantur. Primo. Si ancillæ contrahenti dominus conferat instrumentum dotale: & hoc extenditur etiam ad servum si dotale instrumentum recipiat. Secundo. Libertatem consequitur ancilla cum domino nubens; & servus cum domina contrahens. Tertio. Pariter libertatem adipiscitur servus, si serva quam dominus personæ liberæ ignorant servitutem tradit in conjugem; vel si ipse non tradat, dissimulat tamen, & non vult veritatem detegere. Et in his casibus matrimonium validum esse verius est. Tract. 9. cap. 10. nu. 32. 34. 38. Libera absolute, & simpliciter in perpetuum libertatem consecuta valide contrahit cum ingenuo talis conditionis ingenuo; secus vero quæ libertatem nondum assecuta est, licet dominus sponderit, post breve tempus eam concessurum; & quæ libertatem solum pro determinato tempore consecuta est. nu. 40. 41. 42.

## CAPUT IV.

## De impedimentis matrimonii.

38. **C**ertum est dari in Ecclesia potestatem assignandi impedimenta matrimonii: non potest autem Pontifex sine justa causa talia impedimenta statuire, aliâ decretum suum nullius esse valoris; & eo non obstante potest licite, & valide contrahi matrimonium. Tract. 9. cap. 11. nu. 1. 2. 5. Hæc potestas statuendi impedimenta matrimonii solum est penes summum Pontificem, & Concilium Generale. nu. 7. Impedimenta dirimentia ab Ecclesia assignata non obligant infideles, nisi sint Romano Pontifici temporaliter subiecti. n. 10. Licet potestas statuendi impedimenta dirimentia conveniat etiam Principibus Christianis respectu fidelium sibi subditorum; ut tamen ipsius ab Ecclesia est illis interdictus. nu. 14. 15. Id possunt Principes infideles respectu subditorum infidelium. nu. 17. Per consuetudinem rationabilem legitime præscriptam, tateque a Summo Pontifice approbatam possunt nova impedimenta dirimentia introduci, & fieri inhabiles ad contrahendum, qui prius habiles erant jure canonico; & possunt etiam abrogari impedimenta dirimentia jure Ecclesiastico stabilita. n. 22. 32.

39. Impedimenta dirimentia sunt 14. *Error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, si sit affinis, si forte coram nequibus.* Hæc sunt de jure antiquo; duo vero sequentia de jure Tridentini. *Si Parochi aut duplicitate presentia testis, raptae sit mulier, nec parvi redditu tute: Hæc facienda vetant concubia, facta retrahant.* Tract. 9. cap. 12. num. 1. De impedimento erroris, & conditionis dictum est a sect. 55. ad 57. hujus tract. inclusive. De impedimento voti. Tract. 9. sect. 51. 108. 111. De impedimento Ordinis. Tract. 14. sect. 121. &c. Cognatio alia est carnalis, alia spiritalis; alia legalis. nu.

5. Cognatio carnalis, seu consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentiæ, carnali propagatione contractum. Dividitur autem per lineas, & gradus. Linea est ordinata collectio personarum ab uno stipite descendentiæ. Duplex est: recta, & transversalis. Linea recta est collectio eorum, quorum unus ab altero descendit. Transversalis est collectio eorum, qui ab eodem stipite descendunt, sine eo quod quis eorum ab alio ortum ducat. Hæc linea transversalis duplex est: alia æqualis, eorum scilicet perionarum, quæ æquali gradu a stipite distant: alia inæqualis, cum scilicet inæquali gradu a stipite distant. Gradus est major, vel minor distantia unius persone ab alia in eadem linea. Stipes est illa persona a qua alie consanguineæ trahunt originem. numer. 97.

60. Gradus in linea recta eodem modo computantur in jure canonico ac in civili. In transversali vero diverso modo: nam in jure civili tot sunt gradus quot sunt ex utraque parte personæ, dempto communi stipite, vide tract. 7. sect. 204. Quia singuli fratres uno gradu, distant a patre, quot fratres sunt, tot gradibus inter se distant; & ideo si sint duo fratres inter se distant duplici gradu; si tres, tribus gradibus &c. Sed quia in materia matrimonii jus canonicum attendi debet; secundum hoc tres regulæ assignantur a D. Thoma pro consanguinitatis gradibus distinguendis, quæ ab omnibus communiter sunt receptæ. Prima est: In linea recta tot gradibus unus ab alio distat, quot sunt personæ, stipite dempto: Secunda: In linea transversali æquali, tot gradibus duo inter se distant, quot gradibus distant a communi stipite: & ideo fratres quia singuli uno gradu distant a stipite, uno pariter gradu inter se distant: Tertia: In linea transversali inæquali, tot gradibus unus ab alio distat, quot gradibus remotior a stipite distat. Tract. 9. cap. 12. nu. 8. 9. Consanguinitas ex Decreto Innoc. III. tam pro linea recta quam pro transversali solum dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive. Non omnia